Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26462
Copyright: Admont, Benediktinerstift

se subdidit/ a creatoris se societate dis
iunxit. Ex his quo ab auctore ferienda
erat quem errans auctore preposuerat. ita
unde homo culpam non timuit superbe
admittere/ inde penam corrigendus
inueniret. ut tanto ocius respiceret
ad illa que perdidit/ quanto doloris penam
esse conspiceret quod quesiuit. Scru HVH. 5
temur uias nostras et queramus et reuertamur 5
ad dominum. Leuemus corda nostra cum HVH. 5
manibus ad dominum in celos. Sciendum uero est
quod quisquis a preceptis diuinis discordat opere.
quotiens ea audit corde suo reprehen
ditur atque confunditur. quia id quod fecerit
memoratur. Nam in quo se errasse consi
derat ipsa se conscientia latenter ac
cusat. Unde dauid propheta deprecatur
dicens. Tunc non confundar dum perspexero
in omnibus mandatis. Grauiter namque unus
quisque confunditur quando mandata dei
uel legendo uel audiendo respicit. qui